Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

153

trus egressus amaris fletibus commissum puniens, se respi
cientem ad misericordiam flexit. Ideirco karissimi divina pi
etas permisit principem ecclesie tam immane facinus com
mittere, ut in suo casu disceret qualiter infirmis pro
ximis condoleret et compati deberet. Ideo et hodie
dominus graves patitur ruinas electorum, ut infirma fragilitas
per eos se erigat ad clementiam divinam, quatinus dum
eos de gravi lapsu per penitentiam et satisfactionem
conspexerint resurgere, ac spem consolationis stu
dium ardenter accipere. Nos quoque penitentiam et divi
tias misericordie dei intuentes in massa misericordie contemptorum
de profundo iniquitatum resurgere. Petro itaque in fletibus
permanente, ac aliis discipulis coniungere non presumen
te, dominus resurgens ei apparuit, consolationem et
veniam tribuit. Alia vice Petro cum aliis discipulis pis
cante dominus apparuit, cum eis convivium iniit, Petrum
tercio interrogat, utrum se pre ceteris diligat. Qui tercio
amorem sui cordis fatetur, et trina negatio deletur.
Dominus quoque ei tercio pascendas oves suas commisit, pro
quibus ipse bonus pastor animam suam posuit. Deinde
ei pronunciat quod et ipse pro eisdem ovibus ad honorem
dei animam in cruce ponat. Postquam dominus ad pater
nam sedem rediit, Petrus munere apostolicum prima